

runt longe alium, minimeque usitatum, canendi modum arripere, quo diapason in suam dederent harmoniam, atque cogerent secundum alium canere modum

IX

Tertia igitur fidem, quam iureiurando firmauerat diapason, fregit, et chroma compositum, id est, promissio-nes atque adulaciones gallicas, sine ulla ratione assumpsit. Quinta autem, superbia quasi inflata, non amplius cum dia-pason canere, sed in falsam quintam nunc abire uoluit. Fundamentum autem ubi Tertiam et Quintam mutatas uide-rit, uid. num. II, uehementi quodam modo, et suum nunc mutare tonum omnem nauauit operam, uid. num. III, quo dia-pason eo traherent quo uellent, nempe in modum H durum. uid. num. III. Id quodammodo factum fuisse fere dicere pos-sumus, cum Caesar quam plurimas Italiae terras, Triadis foederatae iniuria, perdiderit

X

Huc usque concentus ab omnibus politioris ingenii hominibus auditus est. Clausula finalis autem longe alia erit, ac Foederati sibi proposuerunt

XI

Diapason, nescio quo fato, hunc in modum abruptum, uires nunc magno in corpore, tam multis in regnis/atque terris, diffusas, omni prudentia colligens, hostilem Tria-dem secundum antiquum iterum modum modulari coget

XII

Diapason igitur omni ui priorem iterum repetit to-num,